

Aduertencias para

deuda quibuscunque Ordinibus Mendican-
tibus, & non Mendicantibus, sicut indulget
Fratribus Minoribus Regularis Observantie,
ita etiam indulget Sororibus Sanctę Clare.

- 61 ¶ Leo. 10. Motu proprio & ex certa scien-
tia, concessit Monialibus Sanctę & Immaculatę
Conceptionis gloriosę Virginis Marię sub
obedientia Fratrum Minorum degentibus,
vt omnibus & singulis priuilegijs, concessio-
nibus prerogatiuis, libertatibus, immunitati-
bus exemptionibus, fauoribus, gratijs, & in-
dultis spiritualibus et temporalibus, per ip-
sum Leonem, & Sedem Apostolicam Fratri-
bus dicti Ordinis, et Monialibus Sanctę Cla-
re, & Sororibus Tertii Ordinis Sancti Fran-
cisci quomodolibet concessis, et concedendis
& quibus Fratres, et Moniales, & Sorores hu-
iusmodi de iure, vel priuilegio, aut consuetu-
dine patrię vtuntur, potiuntur & gaudent, seu
vti potiri, & gaudere quomodolibet poterunt
in futurum [quę omnia pro expressis et indi-
uiduę enarratis haberi voluit] prædictę Mo-
niales in supradicta obedientia permanentes
vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri,
et gaudere possint in omnibus & per omnia,
perinde ac si ipsis concessa fuissent: sic que
per